

19
PRÆSIDE SUMMO
DEO TER OPTIMO TERQUE MAXIMO

DISCURSUS
DE
VITÆ AC NECIS JURE,
CIRCA SE IPSVM,

QVEM
ILLVSTRI CONSENTIENTE
FCTORVM ORDINE,

IN PER-ANTIQA HIERANA
DOCTORVM DISQVISITIONI,
SVB PRÆSIDIO

DN. CONR. GVILIELMI *Strecker*,
J. V. D.

JVRID. FACVLT. ET JVD. ELECT. PROVINC. ASSESS. PROFESS. PVBL.
ET SENAT. ERFVRT.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ATQVE PRI-
VILEGIA RITE ET LEGITIME CAPESSENDI,

IN AVDITORIO JVRIDICO MAJORI,
HORIS CONSVETIS EXHIBET,

AVCTOR
JOANNES JEREMIAS *Schüller*
FLOEHA - MISNICVS.

DIE XX. APRILIS M DCC XXX.

ERFORDIÆ,
Literis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

Diss. jur. civ.

554,14

PROFESSOR

DISSEMINATION

VITAE
CIVIS

IN
CIVITATE

IN
CIVITATE

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR

PROFESSOR



§. I.



Prima mundi infantia nullus alteri
subjectus, sed sui quilibet juris erat,
non aliis, quam quas ipsa natura
sancivit, legibus adstrictus, (a) hic-
que status libertatis usque dum, au-
cto mortalium numero, in majores
societates coalescerent, duravit, (b)

id quod sacra etiam docent monumerta. (c)

(a) *Pufend. de O. H. & C. l. 2. c. 1. §. 5.* (b) *ejusd. Einleitung zur Hist. c. 1. §. 1. seqq.* (c) *Genes. IV. 17.*

§. II.

Sed cum libertas illa sine lege, sine Principe, sine-
que metu poenæ, statim ab initio, uti ex Caini exem-
plo constat, (d) in licentiam indomitam degeneraret,
& plurimi ea, ad quævis facinora perpetranda, abute-
rentur, æmulatio, avaritia, ignavia & reliqua vitia non
parum illum statum turbarunt (e) mox autem liberta-
tem invasit servitus (f) qua dominio alieno contra na-
turam, homines alias liberi, subjecti (g) necessitatibus
humanis & usu exigente, ab altero, ad quem summa

A

rerum

rerum devenerat, jura quædam sibi constituere, passi sunt, (h) ita ut naturalis libertatis vix vestigium relinqueretur, sed redemptores, qui libertatis jactura, sibi vitæ securitatem sub alterius imperio parabant, jam cum posteris suis ex Principum placitis, quæ habent legis vigorem, (i) subditorum nomine vivere oportere, manifestum est, (k) approbato enim Principatu, Principi quoque jus condendi leges à populo fuisse concessum docet *l. 2. §. 11. ff. de O. J.*

(d) *Genes. IV 5.* (e) *ibid. IV. 23. VI. 5.* (f) *ibid. X. 9. confer.*

Sächsisches Weichb. Art. 11. verba: Man findet auch geschrieben in den alten Recht-Büchern, daß der erst König Nemroth von Babylonien, die Leut allererst begunte zu fahen und zu zwingen zu Dienst-Recht, das was von keinem Recht, sondern von böser Gewohnheit, und unrechter Gewalt *re. vid. l. 4. ff. de J. & J. l. 32. de reg. jur.* (g) *§. 2. J. de J. N. G. & C. §. 2. de Jure Pers.* (h) *Weichb. Art. 11. verba:* Welcherley Recht aber hiebevör die gemeinen Leut sachten unter einander, das bestetiget in der König, und besestet das *re. §. Spec. Sax. l. 1. art. 55.* Alle weltliche Gericht haben ihren Anfang von Chur und Wahl *re.* (i) *§. 6. J. de J. N. G. & C. §. L. 1. ff. de Const. Princ.* (k) *l. fin. ff. de jurid.*

§. III.

Inde contra qui legibus soluti vivunt, adhuc omne id, quod libet, in naturali libertate facere posse, sequitur, (l) nisi si quid vi æquali, aut legibus divinis prohibetur (m) quippe quilibet illorum expers imperii & servitutis, suo arbitrio vivit, injuriasque quas vocamus vim, ab æquali sibi illatas, etiam ipse avertit, propulsat & vindicat, alteriusque judicium & imperium non agnoscit, quia sibi judex, Imperante carens, in propria causa esse potest, postulante libertate & æqualitate, quæ in statu
na-

naturali obtinet, solum Deum judicem & vindicem habens per arma, magis ipsi quam sibi confisus.

(l) *l. Princeps 31. ff. de LL.* (m) *Zæf. b. n. 24. seqq.*

§. IV.

Aliter sentiendum erit de pactis, quæ juris naturæ & gentium sunt, & inter paciscentes quasi analogiam legis constituunt, omnesque homines quoad vinculum naturale firmiter obligant, quia ex dictamine rectæ rationis fluunt & per modum liberæ conventionis conduntur, ita valide etiam vinciunt LL. solutos (n) pro lege tamen haberi nequeunt (o) ut pœna in contravenientes ab hominibus infligenda cadere possit, quia inter pares, pœnæ proprie dictæ non est locus, (p) nemo enim mortalium pœnam proprie dictam alteri imponere potest, nisi qui in ipsum imperium habet, unde quemadmodum par parem latis legibus ad obedientiam obligare non potest, ita nec ad pœnam: jus puniendi ergo nullum est sine superioritate LL. ferendi, Legibus autem carent, soluti legibus, non aliam habentes legem, nisi divinam, non superiorem, nisi Deum.

(n) *Dn. Stryck. U. M. ff. de LL. §. 9.* (o) *L. B. de Lyncker in Comment. ad ff. tit. de J. & J. th. 52.* (p) *Thomasius in Dissert. de Jure belli Majestatico §. 28. & Pufendorf. l. 8. de N. & G. jure c. 3. §. 7.*

§. V.

In imperio Romano Germanico, qui plena superioritate territoriali gaudent, sine ulla alia confirmatione leges in suis provinciis condunt (q) cum quilibet Princeps, si cætera sunt paria, in suo territorio possit, quod Imperator in imperio, (r) exinde constat, quous-

que leges ferendi potestatem habeant, eousque & aggratiandi facultas, dispensandi & moderandi etiam exasperandi, penes istos esse, prout ratio in administranda justitia circa personas & causarum circumstantias aut lenitatem aut severitatem poscat.

(q) *Stryck. U. M. ff. de LL. §. 5.* (r) *Reink. de R. S. & E. L. I. cl. 5. cap. 6. n. 4. seqq.*

§. VI.

Recte itaque ab alio nemine in Imperio Romano Germanico, quam à Principe territorii, Illustrioribus in causis ambiguis, quæ ex æmulatione, avaritia aut ignavia, suum trahunt originem, & quæ nullo humano testimonio probari possunt, sive ad libellum supplicem, sive ad relationem oretenus factam, ex speciali concessione per rescriptum permittitur, uti libertate naturali, & pacto inter se liberrimè inito, rem litigiosam armis finire sibi que ipsis jus dicere; quæ concessio & respective restitutio in pristinum libertatis statum, à Majoribus nostris judicium Dei vocabatur, per quod tunc temporis ferè omnes lites dirimebantur; de quibus paucis differere mihi constitutum est.

§. VII.

Disquiramus igitur ante omnia, quæ de judiciis divinis veterum prodita sunt, & inveniemus in antiquissimis legibus, vocem *Ordel* / *Gades Ortel* / sive *Gottes Urtheil* / quæ vox quandoque tam late capitur, ut quatuor probationum seu purgationum genera sub se comprehendat, quorum primum est, quod Duello perficitur, secundum, quod ferro ignito, tertium, quod aqua fervente, quartum, quod aqua frigida; sed sub

voce

voce Ordalii, Ardalii, Ordell, recte putamus intelligi apud veteres tria illa probandi genera, per duellum, per ignem, per aquam, uti legere licet Olaus Wormius Danicorum monument. l. i. c. ii.

§. VIII.

Ex ipsa voce Ordalii statim videmus, quod solum statum naturalem & personas in talem à Principe restitutos præsupponat, in quo læsor ac læsus nullum alium agnoscunt judicem, quam solum Deum & ejus decretum per eventum duelli patefactum, quod de justitia cujuscunque in re aliqua testari debet. Quoniam autem statu illo naturalis libertatis paucissimi hominum fruuntur, factum est, ut Principes Germanorum olim iis, qui ob beatitudinem in statum civilem transiverant & sub eorum potestate legislatoria stabant, quodammodo beneficium restitutionis in statum primævum, certis in causis dubiis, præscriptis tamen legibus, darent & concederent (s) quod imprimis apud Saxones, Suevos & Francos, homines tunc bellicosissimos & κατ' ἐξοχήν milites, in usu frequenti esse cœpit, uti ex horum Imperatorum & Regum legibus atque edictis satis constat.

(s) *Spec. Sax. l. i. art. 63. & Weichb. art. 35. Land-R. l. i. art. 18. in Textu & in gloss. concord.*

§. IX.

Genus primum Ordalii jurium quod attinet, vocabatur majoribus nostris, Wehrding (t) in cujus derivationem haud prolixius inquirere volumus, ob innotam nobis linguam Celticam seu Teutonicam primævam (u) de significatione autem hujus vocabuli constat, quod

quod in lingua antiqua idem sonuerit, ac pugna duorum, latinis campus, vulgo monomachia ex græcis, nobis autem in lingua recentiori vernacula, ein Zwey Kampff, & in elegantiori, ein Duell, vocatur; & est, corporalis pugna deliberata duorum, veritatem justitiæ alicujus causæ probandi gratia, secundum leges à Principe præscriptas inita; uti prolixioribus ex ipsis legibus veterum demonstrare volumus.

(t) Ding, apud veteres Germanos denotat judicium competens; Wehr, defensionem. (u) vid. Opus de L. Germ. pag. 152. 153. seq.

§. X.

Diximus, quod duellum sit pugna corporalis duorum ad probandam veritatem causæ & facti alicujus inita, ex quo elucet, quod duellum seu monomachia non ad statum civilem, qui nunquam ad probandam veritatem pugnam corporalem admittit, sed probationem per documenta aut testes poscit, aut huic vel alteri torturam corporalem aut spiritualem seu sacramentum imponit, quo præstito vel non præstito, absolvitur hæc, vel altera pars, vel condemnatur; sed multo magis ad statum libertatis naturalis referenda sit, licet à Principe territorii, illi certæ leges & regulæ, quoad modum & effectum sunt præscriptæ, quæ à pugnantibus transgredi non debent: id quod majores nostri religiosissimi mortales armorum, ideo facere necesse habuerunt, ne per fraudes hujus vel alterius, libertas restaurata, ad pugnantium damnum abuti queat (x) & justitia derelicta maneat eis in causis, ubi humanum judicium deficeret vel ignorantia tenebris involutum esset, hac tamen discretionem, ut leges latæ nil de libertate

tate

tate naturali dimicantibus auferrent, (y) divinum judicium de libero assensu partium, non odio, sed amore justitiæ per virium tam animi, quam corporis, mutuam collisionem postulantes.

(x) *Spec. Sax. l. 1. art. 63. verba*: Der Richter soll zween Bewestender geben, ihrem ieglichen einen, die da sechten sollen, die da sehen, daß sie angelegt werden, nach rechter Gewohnheit.
 (y) *ibid. l. c.* Ihrem ieglichen soll der Richter einen Mann geben, der seinen Baum oder Scheid-Stangen trage, der sol sie nicht irren. *confer. Schwaben-Spiegel. c. 169. verb.*
 Auch sol man den Leuten Fried gebiethen bey dem Halße, und das sie niemand irre an dem Kampf.

§. XI.

Sancta ideo res fuit apud Germanos antiquos monomachia in causis probandis & dirimendis, quæ non aliter, quam deliberata à judice partibus fuit permessa, quippe pugnaturi tenebantur præparati ad duellum ante judicem accedere, & jurare actor, quod sua accusatio vera sit, & reus, quod innocens sit, ut sic eos Deus adjuvet in suo duello; tunc denique ad judicium divinum, seu ad arma, quæ falli non posse, ab ipsis credebantur, sunt admissi (z) ex quibus constat, quod præstitis sacramentis à partibus, judex humanus quoad ferendam ulterius sententiam, desiisse judex esse, & potius, uti proceditur in statu naturalis libertatis, victus se ipsum, suamque causam & factum condemnabat absque ulla sententia à judice aliquo lata, eo ipso, quia, quatenus victus erat, leges victoris accipiebat, & secundum eas se judicare patiebatur; quæ tamen apud majores nostros, quia inter pares pugiones alter alteri leges præscribere & absque superioritate in alterum

B

per

per victoriam consecuta, pœnam exigere nequibat, ut supra in §. 4. monstravimus, jam erant præscriptæ, ne libertas concessa transgrederetur & in indomitam licentiam degeneraret.

(2) *d. l. § art. in Spec. Sax. item Weichb. art. 35. §. 8.*

§. XII.

Actor apud nostrates præprimis violentias seu injurias proponere tenebatur tres sequentes simul, si certamen cruentum cum altero in se suscipere volebat, nimirum quod accusatus, primo, pacem in via regia, aut in villa, aut in alio quocunque loco hoc factum sit, in eo violaverit; secundo, quod ei plagas & talem injuriam intulerit, quas per vulnera demonstrare posset, & tertio, quod eum suis rebus deprædatus sit, ut merito ob tanta, ipsi duellum indicaret: has tres querelas si actor non simul proposuerat, ejus duellum evanescebat, (a) hisque tribus apposuerunt homicidium (b) furtum, (c) perjurium (d) veneficium, si mulier maritum veneficio dicebatur occidisse, vel dolo malo ad occidendum prodidisse, (e) & cum de agrorum terminis disceptaretur (f) ob quæ etiam duellum permissum fuit, si per alia rerum documenta veritas erui non posse videbatur.

(a) *Spec. Sax. l. i. art. 63.* (b) *art. 69.* (c) *art. 64.* (d) *art. 39.* (e) *Lex Anglior. Tit. XIV.* (f) *Lex Bojor. Tit. XI. c. 5.*

§. XIII.

Etsi omnibus ferè in causis posthæc duellum fuit adhibitum apud gentes Europæas, præ aliis tamen apud Germanos in usu esse cœpit, si quis famam & estimationem suam judicaret ab altero læsam ut eam victo-

victo-

victoria de ipso vindicaret, vel ut uterque suam innocentiam sic demonstraret (g) imo gentes Asiaticæ per duellum sua determinasse negotia, ex antiquissimis monumentis sacris constat (h) nec raro Reges & Duces ipsi ad Duellum provocasse, ut qui vicisset, ei victus cederet, multa apud Crantzius extant exempla (i) apud quem & causæ legi possunt, ex quibus ejusmodi duella orta sunt, ad quem etiam brevitatis studio lectorem cupidum transmittimus.

(g) *Münster Cosmogr. l. 3. cap. 302. 305.* (h) *1. Sam. XVII. 48. § 49. item 8. 9. 10. Ich habe heutens Tages dem Zeuge Israel Hohn gesprochen &c.* (i) *Crantzius Sax. l. 1. c. 4. l. 2. Danic. c. 22. § l. 1. c. 3. Norvag. l. 1. c. 22. Metropol. l. 4. c. 32.*

§. XIV.

Vestitus & arma, quibus usitati sunt veteres dimicaturi, pro seculi moribus & provinciarum, variabantur, in antiquissimis temporibus habere fundas, lapides & glandes, atque eas è plumbo, cum scutis è loro ex collo propendulis contra ictus aut tela incidentia, quæ simul ornamento & telo fuere, refert Curtius (k) item Strabo. (l) Barcanis, Balcaribus, Afris, Persis, Gallis, Hispanis imo & Britannis, teste Tacito, etiam tribuuntur; hæc arma inter populum sacrum non ignota fuisse, testatur historia de duello Davidis cum Goliathe, ubi refertur: Davidem elegisse quinque lapides læves ex amne, & fecisse in sacculos pelliceos quos ferebat, & sumsisse fundam in manum suam, obviam eundo Philistæo, & quia prompta, iteratuque facilis, variis gentibus in usu fuit, aliis Galea, Clypeus, ensis & hasta (m) placuit; apud istos championibus liberum

B 2

erat

erat, utrum ex equis, aut pedestri certamine pugnare, & de quibus armis paribus inter se convenire vellent, (n) apud hos, Saxones vero constitutum fuit, ut pugnaturis, quantum de corio & lineo se induere volebant, licitum esset, dummodo frontes, id est, capita atque pedes enudati permanerent, in manibus non nisi simplices habebant chirothecas, & quilibet in una nudum manu gerebat gladium, simulque cum uno aut pluribus erat præcinctus, uti ipsi ex arbitrio bonum videbatur, clypeum ferens ligneum corio tectum, & non nisi umbonem ferreum, in manu altera, cuilibet tunicam, cujus manicæ usque ad cubitum se extendebant, unicam tantum induere permittebatur, hæc, ut secundum consuetudinem rite fierent, per duos stipatores, qui præparatos ad duellum viderent & omnia diligenter lustrarent, ne ulla fraus subesset, iudex explorare à lege erat iustus. (o)

(k) l. 5. c. 7. l. 3. c. 2. (l) l. 3. de Balear. (m) Münst. Cosmogr. l. c. de urbe Halæ in Suevia & ejus Palestra. it. Armgrinus Jonas rer. Islandic. l. 1. c. 9. (n) Münst. Cosmogr. l. c. de urbe Halæ in Suevia & ejus Palestra. (o) Spec. Sax. l. 1. art. 63. & Spec. Suev. c. 169.

§. XV.

Modus, qui ex ceremoniis, quæ duellum ante, apud, & post, à partibus observatæ sunt, solum constat, pro consuetudinum diversitate, ut & ex ingeniorum LLatorum lusu inter gentes, seculis omnibus variatus est (p) ita ut in hunc inquirere si vellemus, supervacaneum ac inanem susciperemus laborem, quia de paucissimis horum, ad nostram ætatem memoria est translata, præter ea, quæ ex scriptis recentiorum colli-

gi

gi possunt, quod per consuetudinem hic vel ille modus ævis ab antiquissimis in usu fuerit: vulgo apud maiores mediæ ævi, cum jam Germania cultiores accepisset incolas, locus munitus aut forum tutum defensionis dimicaturis à iudice, quem petiverant, dabatur, concedebaturque utrique ad confitendum paccata sacerdos; voce præconis vetebatur, ne quis alterutrum iuvaret acclamatione, nutu, aut alio indicio, sub pœna mox infligenda, manus scilicet dextræ & pedis sinistri truncatione; claudebantur portæ, si certamen in urbe inibant, mœnibus præsidia imponebantur, plateæ urbis catenis & repagulis intersepiebantur; egressi è suis locis, postquam proclamatum esset ab aliquo, primò, secundò, tertio, ad tertiam vocem alter alterum inter se adoriebatur (q) provocatus prior ictum in adversarium dirigebat, atque sic per vices manus conferebant (r) splendor solis eis dividebatur, quando procedebant, (s) & plura alia, quæ in scriptis hac de re extantibus (t) legi possunt, his recensitis observabantur.

(p) *l. c. verba*: Man sol den Kampf schicken, je nach Lands-Gewonheit. (q) *Münst. Cosmogr. l. 3. c. 302. § 305.* (r) *Arm-gr. Fon. rer. Island. l. 1. c. 9.* (s) *Spec. Sax. l. 1. c. 63. Weichb. art. 35.* (t) *Kampf-Gerichts-Ordn. des Burggrafthums Nürnberg, nach Anno 1410. Das man auch das Kolben-Gericht genennet hat. item Ordnung des Kampf-Rechts am Land-Gericht zu Francken, nach Anno 1512.*

§. XVI.

Nonnullis in casibus exceptiones accusato (u) dabantur, quibus duellum declinare poterat, nimirum ob tempus, statum, corporis inhabilitatem & cognationem. Ratione temporis cuilibet permissum fuit per leges,

leges, duellum denegare isti, qui post meridiem istum inferre volebat, (x) nisi prius initiatum fuerat. Ob statum & personam leviolem, duellum Illustrior sibi in generatione deteriori, sed non deterior meliori negare, quilibet valuit, (y) sique quisquam duellum, propter membri mutilationem exequi non poterat, & juramento id confirmare ausus, tutorem seu pugilem jure acquirebat (z) duellum etiam si quis litigantium agnatus erat, aut si ipsi invicem erant cognati, poterat prohiberi, si numerus septimus juramento suo, tantam inter eos esse cognationem aut agnationem, ut de jure invicem certare non deberent, manifestaverat. (a) Harum exceptionum rationes si discutere volumus, inveniemus, quod ex religione superstitiosa descendant, quippe majores nostri cum gentilitio adhuc inhærerent cultui, solem pro DEO, colebant (b) ejusque diluculum jejunare, etiam sacra jam colentes christiana, venerabant, (c) si autem initiatum erat judicium, etiam à meridie prosequerentur, testante consuetudinario Germanorum jure, (d) quod nostris temporibus adhuc multis in locis, quando judicia provincialia, quæ vulgo vocant: *Heege, Gerichte*/ quotannis celebrant, observatur. Numerus septenarius ipsis ideo venerabilis erat, quia superstitiose septem Deos, quorum sacra, Carolus Magnus devastaverat (e) exque his, septem nobilitatis gradus credebant (f) hancque opinionem ad septem ætates mundi (g) aliis se cernentes Sacris circumcludi extendebant, (h) de numero autem septimo & ejus perfectione quæ credebantur, prolixius differentem Macrobius in Somn. Scipionis cap. 6. videre licet.

(u) *Spec.*

(v) Spec. Suevo. c. 111. §. 1. *ibid.* c. 168. §. 2. (x) Weichb. Magd. art. 35. §. 5. **Sächs. Weichb.** art. 80. (y) Spec. Suevo. l. alleg. §. 3. (z) Weichb. l. d. §. 4. §. 6. Spec. Sax. l. 1. art. 63. Spec. Suevo. d. c. 168. §. 4. §. c. 172. **Sächs. Weichb.** art. 35. *verba*: Mag er aber den Kampf vor Lembde nicht verbringen, und thar er sein Unschuld darzuthun, er gewinnet wol zu dem Kampfe einen Vormünder, mit rechten Urteilen. (a) l. alleg. (b) Zu Solwedel oder Solwebel in der alten Marck, *vid. Sleid. pag. 181. §. 182.* (c) *Job. Leznerus in vita Caroli M. c. 17.*

All dewile an düssen Dage,
 Met ynwer allem behage,
 Under dem hellen Himel klar,
 Ein frey Feld-Gericht openbar,
 Geheget bym lechten Sunnenschin,
 Met nochterm Mund kommen herin,
 De Stoel ock is gesettet recht,
 Dat Maht besunden upgerecht,

So sprecket Recht ane With und Bonne,

Up Klage unde Antwort, wiel schient de Sunne.

(d) Wird dem Richter der Vormittag zu kurz, so kan er den Nachmittag init anwenden, er kan richten von der Sonnen Aufgang, bis zu der Sonnen Niedergang, *haec est formula consueta & apud judicia provincialia maxime usitata, mibique perquam nota ex usu moderno, qui ferè ubique observatur.*

(e) Anno Christi 784. zerstörete Carl der Grosse den Abgott Crodo zu Harsburgk, Venus, zu Magdeburgk, Armesule, zu Marsburgk, Jupiter, zu Hamburg, Luna, zu Lüneburg, Sol, zu Solwebel, und Priapi Schand-Bilder allenthalben, *quale Priapum, non alium intellexerunt, quam Adamum, primum hominem, quem alias in lingua vernacula nominarunt Man!* *vid. Philippi Cluveri introd. in univ. Geograph. l. 3. c. 6. plura ex antiquitatibus ad clarius interpretandam materiam adducere possemus, si ex instituto hac de re agere vellemus, sed haec sufficiant pro nunc, transeamus porro!* (f) 2. F. 10. §. Sax. c. 1. Jus Allem. §. 1. (g) *ibid.* §. 3. *verba*: Prima mun-

di

di etas cœpit in Adamo; altera in Noe: in Abrahamo tertia: quarta in Mose; quinta in David; sexta in Jesu Christo; quælibet autem seculi etas mille annis durare intelligitur: quum nasceretur Dominus noster Jesus Christus à semper virgine Maria, cœpit etas sexta, in qua vivimus, non determinato certo tempore; nam Dominus noluit discipulis, nec cuiquam alii revelare, quando hæc etas sexta finietur. (à nativitate Christi certus numerus annorum mille habetur, postea incipit millenarius septimus, in quo mundus interiturus, vel eo demum elapso, Deo disponente.) (h) *Spec. Sax. lib. 1. art. 18. verba: Dreyerley Recht behielten die Sachsen wider Caroli Willen 2c. Das dritte, daß man kein Urtheil so recht vor Gericht bey den Sachsen finden mag, will es der Sachschelten, und zeuhet ers an seine rechte Hand auf Kampff, oder an die meiste mennig, und sicht um das Urtheil, selbst siebend, gegen andern sieben, wer die mehrer mennig hat, und den Sieg, der hat das Urtheil behalten. Darzu behielten sie alle ihre alte Recht, wo sie wieder die Christliche Ehen und wieder den Glauben nicht waren.*

§. XVII.

Monomachiæ effectus, pro causarum & provinciarum variatione semper etiam est variatus. Apud Saxones reus, si victus, de eo quo accusatus fuerat, condemnabatur (i) sin autem vicerat reus accusatorem, donata ab Actore emenda, absolvebatur multa iudicis. (k) Apud suevos, is, qui vulneratus alteri se dedebat, si de captivitate, equite digna, aut de certa pecuniæ summa certabatur, habebatur infamis, tamdiu posthæc in vivis erat, nec amplius ei licebat equum conscendere, barbam tondere, arma gestare, neque ad ullos accedere honores: qui vero ab invicem interficiebantur, honestam sepulturam consequabantur, & victori jam satis superque suus constabat honos (l) sin autem

autem super homicidio certabatur, victus ad mortem condemnatus est, & super vulneribus & mutilatione membrorum certantes, succumbens eorum, amputatione manus plectebatur. (m) Islandicis mos erat, ut victor existeret iste, qui alterum profligabat, cui victus tribus marcis argenti defœcati salutem redimere tenebatur. Item, qui humum cruore prior tinxerat, prostratus censebatur, hocque in certaminibus minus seriis, iste autem victor, qui adversarium in cruento certamine neci dedit, omnium bonorum victi hæres evasit, quod vocabant; *dar var veigit til arffß*; parta victoria è vestigio taurus immanis productus est, quem si victor unico ictu non interficeret, victi cognatis contra victorem agendi jus dabatur. (n) Idem autem erat juris, si quis ad duellum postulatus adversario obviam ire, recusabat, ac si certando occubuisset: (o) imo Francicis in regionibus Feudum suum cum fama & tranquillitate publica amisit iste, qui ad duellum ritè provocatus, non veniebat, & cum anathemate bannifatus fuit. (p)

(i) *Weichb. Sax. art. 80.* (k) *Spec. Sax. lib. 1. art. 63. verba:* Wird der überwunden, auf den man geklagt hat, man richtet über ihn. Sicht er aber zu Siege, man leßt ihn mit Gewelt und Buße ledig. *Weichb. art. 35.* (l) *Münst. Cosmogr. lib. 3. cap. 302. § 305.* (m) *Spec. Suev. cap. 69. §. 2.* (n) *Armig. Jon. rer. Island. l. 1. c. 9.* (o) *l. c. § Spec. Sax. l. 1. art. 63. Weichb. art. 35.* (p) *Kampff=Gerichts=Ordnung in Francken, §. 13.*

§. XVIII.

Finis monomachiæ fuit probatio justitiæ honorifica de veritate alicujus facti, (q) quæ tunc temporis
C
inter

inter homines bellicosos, alio modo, ratione status, fieri nequibat, quippe quilibet, miles pro patria, castra secutus, & inter istos nullus dominatus seu herile, sed merè imperium civile in usu erat (r) quod subjectos facile & suaviter tractabat, uti videmus ex eorum pœnis fancitis, quæ plerumque ad emendas & solidos tendunt, exinde gentes teutonici plurimos sibi acquisiverunt socios, qui cum ipsis, pari libertate utebantur, non aliud iudicium, quam heroum, in statu naturalis libertatis patientes, non alium iudicem, quam arma, postulantes, & uti Solinus cap. 25. loquitur: populis istis (Teutones & Scythos intelligens) Deus Mars est, & pro simulacris enses colunt. Quid ergo mirum, si DEO suo teste, ac quasi executre lites diremerint, ac ipsius arbitrio & se, & rem, vitamque permiserint?

(q) *Weichb. l. c. verba:* So spreche er für an, da sahe ich ihn selber, und beschrey in mit Gerüfft, und hab des gut Gezeugen an Leuten, die mein Geschrey hörten, wil er das bekennen, das ist mir lieb, und bekennet er das nicht, ich wil in das besprechen, mit solchem Rechten, als mir hie die Schöppen verteilen. So sol jener bitten ein rechte Gewehr umb die Klag, ob er wil, die sol man jm thun, also bescheidenlich, das es jr keinem schad zu seinem Rechten, wenn die Gewehr denn gelobet ist, so erbiet sich jener zu seiner Unschuld, das ist zu dem End, das er eine rechte Sach hab, und darnach zu rechtem Kampf, denn so find man zu Recht, er sol die Unschuld entreden, mit einem Schild, und mit einem Schwert. *vid. Kampf-Gerichts-Ordn. in Francken cit. f. 12. verba:* So red denn der Antwortter mit Fürsprechern also, Ich bin hie, und wil der Heischung gnug thun, und mein Ehr verantworten nach Kampf und Francken-Recht, wie erkannt wird, das ich recht thu, also wird erkanndt, das sich Kleger und Antwortter oder ihr Freund umb Zeit und Stund vereinigen *ic.* (r) *Strabo lib. 4. §. XIX.*

§. XIX.

Liquet ex hoc cultu gladiatorum venerabili prudentia majorum politica nostrorum, cum istis religio pro ratione status, & legem & judicem ad conservandam pacem inter palæstras & exercitia continua, bellicæ fortitudinis, dederit, etsi primævis temporibus, sicuti Lacedæmones nullas habuere leges scriptas (s) tamen eorum status reipublicæ, pro qualitate & genio populi optime stetit, viri enim militares & strenui gladiis imprimis contra hostes pugnando usi, perque hos multas regiones & provincias sibi acquisivisse refert Nævius. Quas dein pro quantitate meritorum à Regibus in feuda acceperunt, de quibus nil præter fidelitatem & servitia militaria, pro acquisiti viribus feudi, Regi & reipublicæ præstabant, hæc enim optima ratio territorii noviter parti est, cum à Principe beneficiis devinciuntur hi, quorum opera militari victor & dominus extitit, ex quo etiam omnes Teutonici Principatus, Margraviatus, Comitatus, Dynastiæ & alia ad gradus nobilitatis & dignitatis bona pertinentia & insignia, quæ ab initio hujus Regni, solum ad officia publica fuisse relata, constat, suum trahunt originem, quæque officia & insignia junioribus temporibus cum feudis successive ad filios, & tandem ad omnes descendentes masculos jure quasi hæreditario perventa sunt, exigente status ratione, nimirum ut eo fidelius & constantius bona in feudum accepta & jam ad posteros genuinos successionis jure pervenientia, ad domini directi & Imperii augmentum defendere, ipsis ansa daretur. (t)

(s) *Addit. ad G. A. Struvii Jurisprud. Rom. Germ. lib. 1. Tit. 1. §. 11. Phil. Cluv. introd. Geograph. l. 3. c. 6. verba ex Tacito*

adducta: celebrant, carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae & annalium genus est, Tuitonem Deum, terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque. (t) vid. 1. Feud. 1. Paul. Warnefr. hist. r. Longobard. lib. 4. c. 12. & lib. 6. c. 26. Nicol. Myler. Archolog. c. 5. §. 13.

§. XX.

Mutabiles vices rerum sunt & pro earum vicissitudine variantur humana, quæ nunquam simpliciter indulgent, id quod tempora Rotharis, Longobardorum Regis jam probant, qui sanctionibus suis de monomachia sequentia subjecit verba: incerti sumus de iudicio Dei, & multos audivimus per pugnam sine iusta causa, suam perdere, sed propter consuetudinem gentis nostræ Longobardorum legem impiam vetare non possumus, *leg. Longob. l. 1. tit. 9. c. 32.* Pius iste Rex vidit, quod hæc libertas ex lege concessa à scopo primævo venerabili recesserit & in indomitam licentiam degeneraverit, de quo satis testatur *Spec. Sax. lib. 1. art. 18.* (u) indeque scivit, in quantum à iudice iudicum hoc iudicium cruentum sit approbatum, cum non solum valentes sed & infirmi & senes lacefferentur ad certamen & pugnam etiam pro vilissimis rebus, dum putabant, Deum adesse illi, qui ob levissimas causas potuerit fratrem suum superare, adeo eorum animos religiosa obsedit cupiditas insatiabilis, duellandi licentia accensos ut omnes inter ordines hic vindicandi & probandi lubitus per Teutonum fines evelli nequibat, quia religio à majoribus in lacte accepta, apud istos tam perversum habebat effectum, ut illa tanquam instrumento uterentur pessima perpetrandi scelera, & non solum rempublicam, in qua degebant isti, turbandi,

di,

di, sed & vicinos premendi, concutiendi & evertendi, unde Principi utique incubuit curare, ne per religionem malorum istorum pernicies aliqua reipublicæ infereretur, eo enim ipso, dum religione coeci turbas excitant in republica, satis indicant, veram religionem sibi curæ cordique non esse, vera enim religio & Christianismus à rixis, discordiis, litigiis pacem externam turbantibus, abhorret, & animos potius disponit ad injurias aliorum patienter ferendas.

(u) Dreyerley Recht behielten die Sachsen wider *Caroli Wittlen* 2c. Das andere, daß alles, was ein Mann vor Gericht nicht thät, wie wissentlichen des sonst wäre, desselbigen möcht er mit seiner Unschuld entgehen, und man möcht ihn des nicht überzeugen. Das dritte, daß man kein Urteil so recht vor Gericht bey den Sachsen finden mag, will es der Sachschelten, und zeuhet ers an seine recht Hand auf Kampff, oder an die meiste mennig, und sicht umb das Urtheil selbst siebend gegen andern sieben, wer die mehrer mennig hat, und den Sieg, der hat das Urtheil behalten. Darzu behielten sie alle ihre alte Recht, wo sie wieder die geistliche Ehen und wider den Glauben nicht waren. *vid. Spec. Sax. l. 1. c. 1.*

§. XXI.

Dieta hæc monomachia cum ita in indomitam licentiam & studium cum armis de vita altercandi pessimum accrevisset, ut tempore Imperatoris *Augustissimi Maximiliani I.* in Germania pugnae absque ullo timore & poenis ubique extrajudicialiter frequentarentur, adeo ne quidem Principes ab istis desistere, sed magis in laudem sibi ducere vellent, principiis ex quibus ortæ obstetit; pugnae enim extrajudiciales pro constitutione & facie interna hujus regni, quæ tunc temporis erat,

erat, haud mirandæ veniunt, quippe ex his præprimis descendebant causis. 1. Imperatorum auctoritas in toto Romano-Germanico regno modica erat. 2. Aderant nulla imperii judicia secundum regulas Politices instructa, quæ autem dabantur, utique modicam habebant auctoritatem, 3. quilibet liber Baro pro statu imperii libero volebat haberi, & quis illum pro tali agnoscere recusabat, nil præter perpetuas ad duella provocaciones in compensationem accipiebat. 4. Ars, debellandi alios, rustica, pro seculi more tamen idonea erat unius arcis causa nonnullos imperii status ad arma vocare & bellum civile movere. Quemadmodum autem Principis suprema lex est, salus populi, ita & Imperator *Maximilianus I.* anno 1495. in Comitibus Wormatiensibus, pacta de his cum Imperii statibus inivit & sanctionem illam pragmaticam dein sub nomine & rubro: *der Land-Friede*; promulgavit, quæ sanctio quidem ab antecessoribus suis, sed absque effectu jam fuerat edita (x) apud successores autem cum fructu iterata est anno 1500. 1521. 1617. & 1668. (y) ita, ut hoc laudabile vinculum lex privata, imperii statuum ab initio fuit, ad cuius denique exemplum compositæ sunt provinciarum & ditionum sanctiones pragmaticæ, iudicium enim intellectus vulgi circa actiones humanas, quatenus iste cognitione legum est imbutus & præiudicio superiorum, facit ipsi passum conscientiæ, ita ut omnes actiones suas secundum hanc normam, quæ conscientia vocatur, dijudicent, quales idcirco Princeps vult habere subditos, talem se præbeat ipse palam, & ad exemplum ejus omnes cives se ipsos liberrime component.

nent. Ast vanis sermonibus & demonstrationibus, quæ per contrariam Principis vitæ consuetudinem extra effectum ponuntur, nil agitur, è contra plebs sibi magis persuadet religioni suæ & paternis penatibus mutationis & abrogationis periculum imminere, de quo nil perniciosius esse potest, licet Princeps omnia agat ex assentatorum judicio, & sub sanctimonix confessione sævitiam avaritiamque occultare velit, damnnum tamen sibi ipsi & toti reipublicæ facit irreparabile.

(x) *vid. Christ. Lehman. in Chron. Spirens. l. 5. c. 95. § 119. § Lib. 7. c. 63. Mart. Rumel ad A. B. part. 2. diss. 6. tb. 2. ibique imprimis Dn. Stryck. de success. ab intest. diss. 8. cap. 8. §. 5. seqq. § Casp. Klock. de Contrib. cap. 14. sect. 1. n. 39. seqq.*

(y) *Formalia des Fried-Geboths de Anno 1521. Daß von der Zeit dessen Verkündigung niemand, von was Würden, Stand und Wesen der sey, den andern befehlen, bekriegen, berauben, fahen, überziehen und belägern soll, auch durch sich selbst, oder niemand anders, von seinet wegen nicht dienen, noch auch einig Schloß, Städte, Marckt, Befestigung, Dörffer, Hof, oder Weyler absteigen, oder ohne des andern Willen mit gewaltiger That freventlich einnehmen, oder gefährlich mit Brand oder in andere Wege dermassen beschädigen soll, auch niemand solchen Thätern Rath, Hülffe, oder in keine andere Weise Beystand oder Vorschub thun, auch sie wissendlich oder gefährlich nicht beherbergen, behausen, eßen oder trāncfen, enthalten oder gedulten, sondern wer den andern zu sprechen vermeynet, der soll solches thun an den Enden und Gerichten, da die Sache hiervor, oder jetzt in der Ordnung des Cammer-Gerichts zu Austrag verthedingt sind oder künfftig würden; oder ordentlich hingehören. Darauf haben Wir alle offene Fehde durch das ganze Reich aufgehoben und abgethan, heben die auch hiermit auf und thun die ab von Römischer Königlicher Macht, und mit Krafft dieses Briefs ꝛc. ꝛc.*

§. XXII.

§. XXII.

Cum ita sapiens iste Imperator & ejus successor Carolus V. auxilio prudentiæ politicæ inter Proceres Germanorum, qui utique jura Majestatis in provinciis & ditionibus suis sub nomine superioritatis territorialis ad indicandum nexum feudalem exercebant, provocaciones seu diffidationes reformandi per pacta ab ipsis liberrime inita & supra in §. præcedenti allegata initium cœpisset, ad horum exemplum quilibet Circuli Director & qui his pares facti sunt & imperator ipse in suo territorio sanctionem condidit singularem, (z) ex quibus subditi jam vivunt. [a] Qualem hi, Directores nimirum repræsentant personam in suis provinciis jam supra in §. V. exposuimus, & paulo hic prolixius probabimus, quod quilibet dux & status imperii Augustanæ & Reformatæ confessionis in suis territoriis, jus summum circa sacra utique ac circa profana in externis habeat & hoc vi superioritatis territorialis, ita, ut secundum à se præscriptam in ecclesiasticis & civilibus normam, civium suorum actiones judicare possit, quibus & Ecclesiæ ministri parere & obedire debent, quia Dux Deum repræsentat, ejusque nomine justitiam hominibus administrat, justitia autem nulla erit in legibus civilibus, si Ecclesiæ ministri istis contrariantur, suis dogmatibus [b] quod incommodum Princeps studiosissime evitat per ordinationes & leges ecclesiasticas, quibus Clericos ad unicam analogiam fidei & methodum docendi, adstringit, ne auditoribus suis contra salutem publicam dimicantes opiniones sub specie religionis veræ inculcare ipsis licentia detur, sed ex Principis vo-
lun-

luntate & lege, sacra ut administrent sua, juramento devincit, id quod sacra etiam probant monumenta [c] ut & Augustissimus & invictissimus Princeps, FRIDERICVS AVGVSTVS [d] præprimis omnium.

(2) *Princeps Elector Saxonie Augustus prævit anno 1572. C. S. p. 4. C. 9. 10. cui postea secuti sunt Johannes Georgius I. anno 1653. Job. Georgius II. anno 1661. 1665. 1670. 1677. 1703. 1706. & 1712. ultimas tres sanctiones promulgavit Augustissimus Friedericus Augustus Rex Pol. & Elect. Sax. [a] c. 1. & Augustus laudatissimus Dux Brunsvicensis anno 1646. item Regis Borussiae. & Elect. Brandenburg. edicta contra duellantes. [b] vid. Disput. de Quodupia fidelium Halæ habita Mens. Jul. 1712. sub Præsid. Paul Anton. S. Tb. D. & Andr. Dieterico resp. conf. Dr. Iman. Hornii Dissert. de beatitud. Pacificor. Lips. 1698. habita. [c] Exod. c. IV. 15. 16. verba: Du solt zu ihm reden, und die Worte in seinen Mund legen, und ich will mit deinem und seinem Munde seyn, und Euch lehren, was ihr thun sollt, und er soll für dich zum Volcke reden: Er soll dein Mund seyn/ und du solt sein Gott seyn 2c. c. IIV. 1. siehe ich habe dich einen Gott gesetzt über Pharao, und Aaron dein Bruder, soll dein Prophet seyn. [d] in Mandato de Anno 1726. vom 2. Julii verba: so hat derjenige, welcher dergleichen gewahr wird, seiner geleisteten Unterthanen Pflicht gemäß, es also fort bey seiner Obrigkeit gehörig anzuzeigen, und es keinesweges zu verschweigen, oder gewärtig zu seyn, daß er dafür geachtet werde, als ob er selbst an dem nachher gefolgten Tumult mit Theil gehabt, und selbigen mit veranlassen helfen 2c. ingleichen die, so in Religions-Sachen und sonst, verbitternde und ohne diß indenen Reichs-Gesetzen ernstlich verbothene Reden zu führen, sich unterstehen, und dessen zu überführen, ohne Unterscheid der Religion, mit dem Bestungs-Baue und resp. Zucht-Hause, oder anderer empfindlicher Strafe belegt werden. Und in deme von 2. Octobr. 1726. insLand ergangenen Mandate: Eetzlichen werdet Ihr auch noch alle Geistliche und Pfarrer in der Euch anvertrauten*

D

trauten *Inspection* dahin anweisen, daß sie sich in ihren Predigten dergleichen Dinge, so in den *statum publicum* einschlagen, Herren und Unterthanen angehen, oder auch gar nicht auf die Kanzel gehören, denen Zuhörern vorzutragen, oder dergleichen in Schriften anzuführen, gänzlich enthalten sollen, am allerwenigsten aber solche *Expressiones* gebrauchen, welche nur schädliche Eindrücke, Spaltungen, Mißverständnisse und Verbitterungen, in derer Zuhörer Gemüthern erwecken können &c. desgleichen in dem von 20. August 1727. aufs. neue geschärften Verordn.

§. XXIII.

In hac Politices connexionione ab initio regnorum stetit arcanum regiminis, vinculum infrangibile, quippe terræ Deus, Princeps vim puniendi, exasperandi, remittendi & aggratiandi à summo Deorum DEO habens, per os, scilicet Clerum, immortalis Dei & propriam voluntatem subditis patefacit, quomodo fidem & sacramenta data & præstita, servare debeant ei, qui ad summi imaginem Olympum politicum moderat, miles & civis si sacramento non obstrictus esset Principi, quid faceret? an castra sequeretur & canonem annalem præstaret? nego, sacramentum si crederet quod nullum, aut saltem politica tantum promissio esset, num servaret oblatum, quæro? quis audet affirmare? Clericus si de his veritatem secundum Dei voluntatem istis non prædicaret, quomodo persuasum sibi haberet aut credere posset miles & civis [e] quod aliquid sit veri? sique ex culpa Principis, Clerum pro impostore haberent, & fidei normam agnoscerent nullam, an servarent, quæ promisissent? quis asserere vult? nullus plane dubitat, quin nec obligationem exinde paterentur,

tur,

tur, quia, & si darent fidem, tamen non vere darent, quoniam non crederent, quomodo possent judicari? pares inter se & miles infimus & imus essent; nec legibus nec poenæ locus; quilibet pro se faceret quæ vellet ex sua, non ex alterius voluntate, & prohibentem vi, etiam vi repelleret, & alter alterum more ethnico magis barbarico, interficeret, nec nullus in pace opes suas cum vitâ possideret, sed semper inter arma esse cogeretur, quia omnium in omnes jus vitæ ac necis esset, nec quisquam circa se ipsum hoc servare posset, quod omni tempore etiam ethnici agnoverunt: Plutarchus religionem vocavit fundamentum fortissimum omnium humanarum societatum & legum, Plato eandem fert sententiam de cultu religionis externo, quando illum, propugnaculum potestatis ac legum & honestæ disciplinæ vinculum, nominat. Romulus ad regni sui confirmationem, ut & Numa Pompilius, per rationalem religionis cultus introductionem ad regimen perpetuum pervenit, ita ut fides vera & candida sinceritas cum sacramentis sanctis urbem in debita obedientia detinerent. *Tacitus. lib. 3. Annal. [f]*

[e] *ad Rom. X. 14.* wie sollen sie aber anrufen, an den sie nicht glauben? wie sollen sie aber glauben, von dem sie nichts gehört haben? wie sollen sie aber hören ohne Prediger? [f]

add. Plinius cap. 2. de Vir. illustr. Cicero de nat. Deorum. Livius l. 1. Dionys. Halicarnass. l. 2. Antiquit. Romanor. Polybius lib. 6. de milit. & domest. Roman. discipl. Cicero in Orat. ad Harusp. ait: non astu callido aut robore, sed pietate & religione omnes populos & nationes vicimus.

§. XXIV.

Omnis igitur respublica cursum & similem habet,
D 2
quem

quem unusquisque hominum, cum primum limen adolescentiæ attigerit, & in eum locum venerit, partes ubi se via fundit in ambas, ut sciat, ambæ inclinare ad salutem publicam, indeque in unam stirpem concurrere summum fastigium eo fortius coarctandi causa, necesse est; nimirum quod cultus divinus externus & leges provinciales circa actiones civium, bonum & malum secernentes, ad bona hominum interna spectent, quæ in externis virtualiter seu effectivè nil aliud quam pacem, securitatem & tranquillitatem animorum publicam, procreant & bonum civem faciunt, huncque cursum nulla sacra magis commendant, præter Christiana, quæ docent: date Cæsari, quæ Cæsaris, & quæ Dei, Deo; nec contrariantur legibus, quæ civitatis vinculum per abrogationem avaritiæ, æmulationis & ignaviæ fortificant [g] hujusque causa omnes superat alias religiones, religio Christiana, [h] quæ enim Princeps per Clericos, ad quos etiam Ludimoderatores præprimis referendi sunt, de Sacramento & Fide servanda, quasi per os suum tradit & docet, hæc per dicasteria & Præfectos mulctis in contravenientes testatur, quibus summum provinciæ regimen, vim, vitamque per ipsum Principem, ejus nomine infundit, ita ut semper præsumptio pro illis militet, quæ apud plebem opinionem & auctoritatem veri conciliat: hæcque fit pro ratione status modo inveterato, qui à primis mundi cunabulis in usu fuit, & unicuique ex indole juris naturæ notus est, & erit usque ad tempora lapidis absque manibus abrupti in Colossum Danielis. [i]

[g] Rom. XIII. 3. Denn die Gewaltigen sind nicht den guten Wer-
cken,

cken, sondern den bösen zu fürchten. Wilt du dich aber nicht fürchten für der Obrigkeit, so thue Gutes, so wirst du Lob von derselben haben. Denn sie ist Gottes Dienerin dir zu gute, thust du aber Böses, so fürchte dich, denn sie trägt das Schwert nicht umsonst, sie ist Gottes Dienerin, eine Rächerin zur Strafe über den, der Böses thut. [h] *Pufend. de J. N. § G. l. 7. c. 9. §. 9. § l. 9. §. 4. inque Tr. de habitu relig. Christ. ad Stat. Civ. [i] Daniel cap. 2.*

§. XXV.

Priusquam autem hæc Prophetia in suam transit potentiam, ad vitæ & necis juris conservationem circa se ipsum, opus est legibus, & quia inter arma aliàs silent leges, jam dudum in Germania cives cum rusticis deposuerunt hæc, & in locum suum substituerunt militem perpetuum, qui castra sequitur & morem inveteratum status militaris servat; & hic merè defensor patriæ belli tempore, ut & moderator seditionum & executor promptus est contra morosos cives & rusticos, cum quilibet horum non amplius miles pro patria, sed res suas civiles curat, & de his militem alit; milites autem & quidem excellentiores, quique plerumque feuda possident nobilia, ab Imperante suo, lites inter se motas, secundum inveteratum militaris modum per arma finire, libertatè donantur, quod & nostris temporibus vim campi judicialis habet; sed quoniam odiosa sunt, exempla tacuisse prodest. Oriuntur sæpe ex levissimis causis duella, dum ex imaginata offensa vel injuria ad duellum honoris quasi causa, statim provocatur, quod omnibus non licet, cum passus honoris remedio prosequendus sit ordinario, [k] quibus autem provocatio rigida & efficax esse debet, hi veniam à

Summo Imperante, sub quo vivunt, impetrare solent, ne absque legibus effœminati & timidi videantur, sed se ipsos cum armis inter se leges & jus ut dicerent, somniare creditur.

[k] Kayserl. Resol. auf das Reichs Bedencken der Duellen halber de Anno 1668. verba: und was fürs andere, vor besagte, der Churfürsten und Ständen, Râthe, Bothschafften und Gesandte zu desto mehrerer Benehmung, der nunmehr fast eingewurzelten *Opinion* des *puncti honoris*, für gut und nothwendig ermessen, daß in bevorstehender allgemeinen Reichs *Constitution*, und von Churfürsten und Ständen in deren Landen ausgehenden *Edicten* und *Mandaten* mit mehrern ausgeführet werden solte, wie das blutige Balgen und Kugel wechseln wider Gottes Wort, die natürliche, geistliche und gemeine geschriebene Rechte, alle Erbarkeit, gute *Policey*, und den gemeinen Ruhe und Friede-*Stand* lauffe, nicht weniger der Obrigkeit in ihr Amt gegriffen, und dadurch Nergerniß gegeben werde. Welches alles, wie vor allerhöchst-gedachte Ihro Kayserl. Majestät sehr vernünftig und dabey insonderheit die wohl überlegt befunden, daß die angethane *injurien* keinen, an seinen Ehren oder erworbenen Ehrlichen *Nahmen* ichtwas, von Rechts wegen schaden, vielweniger dergleichen verdammliches Blutvergiessen entschuldigen, zumahlen dem *Injuriato* schon in andere Wege *per viam juris* gebührende Hülffe und *satisfaction* beschehen könnte zc. Königl. Pohln. und Churfürstl. Sächs. *Mandat* wider die Selbst-Rache von 2. Julii 1712. aus Dresden gegeben. §. So wollen, ordnen und gebiethen Wir hiermit und in Krafft dieses, auf das nachdrücklichste und alles Ernstes allen und jeden zc. wes Standes und Würden sie sind, oder wie sie genennet werden mögen, niemand davon ausgeschlossen, daß keiner mit Worten, Geberden und Wercken den andern beleidigen, und der beleidigte sich nicht selbst rächen oder *satisfaction* nehmen, sondern sich an der ihme in diesem *Mandate*, zu *reparation* seiner Ehre, gesetzten *Maasse*, begnügen lassen solle zc.

§. XXVI.

§. XXVI.

Ordines & gradus, quos inter milites observant, cum alter ab altero à mensæ & computationis consortio arcetur, etiam nostris temporibus leges pugnaturis ex consuetudine inveterata præscribunt. Duces militum cum Centurionibus nunquam duellum ineunt tanquam Duces & Centuriones; nec Centuriones cum Locumtenente aut Signifero aliquo, quia istis præsent; aliquando tamen tanquam nobiles seu Cavalliers inter se duello lites modo supra dicto finire suas licet, & nil de ordine & gradu hujus vel alterius cogitatur; quod etiam habet suas limitationes, præprimis in atrocissimis injuriis, & quando ira tanquam furor brevis rationi prævenit extra militiæ regimen, quis autem huic resistit, non in numerum de quo dicimus pervenit, sed se, suamque causam cum vita una morti tradit: multa enim ob singulares virtutes & militiæ peritiam Imperans indulget & veniam dat huic vel alteri, quod ad exemplum trahi non potest nec licet, quia lex omnes vincit nec exceptionem facere à privato patitur. [1] Inter privatos autem veniunt omnes qui superiorem in territorio quo sunt, vivunt, ut & immobilia possident, agnoscunt; & in tantum consuetudo à majoribus ad nos perventa est, uti supra in §. 16. traditum est.

[1] videantur. allegata sub k. in §. precedenti.

§. XXVII.

Ritus, arma & effectus nostro ævo quam maxime ab antiquis differunt, provocatio enim vel honorifica, vel vulgo pro infami habetur, prima, cum venia Principis impetrata, fit, altera contra Principis voluntatem, quam

quam & sequitur pœna. [m] Compareat provocatus nec ne; honorifica duellum honesto modo absolvit, nec pœna infamiæ denotatur victus, sed cum splendore consueto sepelitur & iste, & victor honorem consequitur suum; antequam autem victores existere possunt, inter istos de paribus armis convenire licet, quibus in duello uti velint, utrum gladiis aut globulis certare, item & in quo loco, die & hora fieri debeat certamen, etiam ex propria conventionem pendet, magis tamen honorifica electio & duellum splendidius creditur, si inter se globulis pugnant, qui ex sclopiis manuariis ab invicem transjiciunt, viam quam sumit anguis refractariam in medio obviam alter alteri equitando, eligentes, inque tali duello formali cuique permittitur stipator, quem vocant: einen Secondanten / qui videt, ut omnia ritè & extra fallacias fiant, sique alter alterum injuste obtrudere vellet, auctoritatem suam potest interponere & succumbenti præter culpam ex alterius dolo, succurrere, e. g. quando alteruter arte passaviensi instructus, periculo se non eodem modo quam alter exponeret, stipator armistitium postulare & partis suæ defensionem in se suscipere, cumque altero stipatore partis adversæ, secundum leges juris naturæ, sententiam interlocutoriam ambobus denunciare potest, de qua dimicantes tenentur.

[m] *Mandat. Regio. Electorale Saxonicum per totum supra allegatum, ut § d. Cas. Resol.*

§. XXVIII.

Alias exarmatio ad evitanda & prohibenda homicidia apud cives & rusticos ut & in Saxonia apud mi-

militēs infimæ sortis hætenus fuit introducta [n] sub quibus tamen officiales Excellentiores & subordinati inferiores, hæc comprehenduntur, quandoque & studiosis exarmatio accidit, quia hoc civium genus doctum ut nonnulli eorum infensi somniant, in Academiis continentia carens, plerumque libertatem in indomitam licentiam interpretari solet, de quo testantur Edicta de Anno 1625. Jenæ, & Argentorati promulgata, quæ etiam suam admittunt exceptionem. Per se quidem exarmatio non famosa est, ex accidenti autem fieri potest. Ita Vitebergæ nullus civium academicorum coram Magnifico gladio præcinctus in iudicio stare valet, quod vero nunquam aliquam lævis notæ maculam aut infamiam denotat, bene tamen si officialis militum gladio privatur ob ignaviam aut alia facinora perpetrata, in modum, quem vocant, wehr loß machen/ und mit dem Schelm vom Regiment jagen: ergo de infamia exarmationis nil certius loquitur, quam ipsa pœna, quæ pro varietate circumstantiarum & provinciarum in unaquaque re & causa multifariè esse potest variata. [o]

[n] *Hodierna notorietas, milites quod attinet, assertum probat nostrum, & Regio-Elect. Sax. Mandat. de dato Crackau den 15. April 1706. ejusque renovatio d. d. Dresden am 3 Julii 1712.*

[o] *Job. Otto Tabor. vid. Dissert. Philipp. Jacob Schmidtii de Schmiedtsfelden sub Præs. Dr. Fichtneri habita Altorfii.*

§. XXIX.

Extinguere hostem maxima est virtus Ducis, servare cives major est patriæ patri, quippe Imperans de Republica est, & natura duci mavult quam cogi ad virtutem: ducitur autem exemplo magis quam legi-

E

bus

bus ut supra §. 21. monuimus. Subditi, quantum licet, Principum suorum sequuntur cupiditates, idque lex eis est & honor, quod Principibus visum fuit. (p) Vix in reipublicæ administratione majus quicquam adfert odium, quam earum rerum innovatio aut abolitio, quibus antiquitas auctoritatem conciliavit. (q) Et ideo non conturbat sapiens mores publicos, nec populum in se novitate convertit, nam ea, quæ semper manent, & si nonnihil vitiosa, utiliora tamen sunt his, quæ subinde, etiam si in melius innovantur. Ut sunt mobiles ad superstitionem percussæ semper mentes, ita Deus, pietas, & cultus divinus prætextuntur nonnulli imperantium & doctorum, ut dividant populi animos unâ cum amore, & sub religionis colore suadent licentiam, ad tollendum ordinum in imperiis potestatem.

(p) *Scipio Ammirat. lib. 3. Dissert. Politic. discurs. 9. p. 179. usque 183.* (q) *Caspar Ens ex Job. Boter. de mod. Imper. quam optim. administrand. Class. 1. Scholar. Politicar. cap. 9. pag. 89. edit. Colon. 1615.*

§. XXX.

Jam verò si Princeps his principiis deditus est, se suamque provinciam perdit, & quidem ob sequentes rationes status. 1) Subditos suos eo ipso quia hunc bonum, alterum malum, adpellat, dividit in duas factiones, de quibus altera præter voluntatem ipsum contrariari cogitur. 2) Contra promissa & fidem per infeudationem datam, mores & consuetudines in rebus ecclesiasticis & politicis ipsis mutat, & vult simpliciter, ut ea credant, quæ ipse tradit. 3) Et tamen secundum tradita ipse vivere nequit. 4) Hæc ejus theologia non pro fine habet salutem publicam, sed integri-

gri-

gritatem cordis, cui norma externa præscribi nequit, & uno tantum vocabulo omnium humanorum abnegatio, adpellatur, quæ pro cujuslibet arbitrio explicari potest: exque hac 5) descendit negligentia omnium legum & falsa interpretatio illarum, quam 6) justitiæ, & sacrorum sacerdotum contemptus indeque dissolutio totius regiminis sequitur, quæ si adest 7) nec reditus annales habebit Princeps, absque iis autem 8) subsistere & Princeps in suo territorio manere, jusque vitæ ac necis circa se ipsum amplius observare, nequit.

§. XXXI.

Prolixius probabimus; pecunia in publicis & privatis est rerum gerendarum nervus, hanc ubi non attuleris, ibis Homere foras. Ministerium politicum & ecclesiasticum poscit annales suas pensiones à quibus vivere possunt eorum membra, miles expectat stipendium, illi, si fides esto, est ea res in manu, si non, quis erit Minister & miles? sique hi non amplius Principi & Reipublicæ inservire possunt ob inopiam; quis dare poterit legibus vim obligandi? aut exequendi? leges, si executione carent, simul auctoritate carent, & quales exquestor accipiet canones à subditis? ego puto nullos; Denn wenn der Bauer nicht muß / so regt er weder Hand noch Fuß; multi enim, qui in abnegatione omnium humanarum rerum stare, jactant, aliorum marsupia pro Deo habent, & tamdiu integritatis speciem præ se ferunt, quam diu non laborare debent; sin autem proprium panem laboribus lucrari ipsis ansa datur inopiâ; avaritia, æmulatio & ignavia mentes eorum duplici pondere iterum obsedit, & regulas, quas antea

aliis commendaverant nunc in contrarium multis exemplis illustrant, quod fuerint entia rationis ratiocinantis & pertinere in rempublicam Utopiæ. Sentiunt tunc miseri, quod ordo etiam pessima, æquior sit, optima licentia extra ordinem posita, cum ipsis jus vitæ ac necis circa se ipsos hac posteriori adimeretur, quo tamen in bene ordinata & legibus salutaribus satis instructa republica gaudent. Abstineant ergo omnes de eo, quod ipsi servare nequeunt, ne obtrudere velint alteri, studeant potius, ut religio cum vera abnegatione secundum Christi tradita sub Magistratibus ipsis verè curæ cordique sit, per hanc tranquillitatem cum salute reipublicæ publicam ad posteros usque seros servare.

§. XXXII.

Equidem veram abnegationem & integritatem cordis laudo in tranquillis, qui hâc primariò nec isti, qui penes illos est, nec secundario reipublicæ nocent, & ejus ordines ac leges, quibus instructa est, haud destruunt; hi autem didicerunt affectus suos frænare, & ambitio, alios docendi, non vexat istos, dum sciunt sibi ipsis fores habere immundas, quas purgare omne studium adhibent, cumque vitâ justâ magis prædicant, quam grassator tumultuarius doctrinis suis irrationabilibus, de quibus quendam Consiliarius loqui solet:

sum, sus, sut,
 Meurung thut nicht gut,
 sum, es, est,
 Laß es seyn, wie es ist geweest.

Leges nostræ, tantum bonum faciunt & poscunt civem,
 rusti-

rusticum, & qui hos defendit, militem: bonus Christianus sub his tranquille vivere, & contra malos, magistratum implorare in auxilium debet; si recusat implorare, ferat injurias; nemo prohibet aut cogit alterum in jus vocare, sed merè voluntatis est, & cuilibet licet, in sui & omnium rerum abnegatione vivere, jusque vitæ ac necis circa se ipsum negligere, quod autem pessime probant illi, qui Christum Magistrum suum & se discipulos ejus prædicant, & tamen fratrem suum præparato animo ad duellum provocant & interficiunt, aut se interficere fratri copiam faciunt, quod Christus cujus pedes premere volunt, neque fecit neque docuit. Utrum autem provocans & provocatus ad duellum quando sibi ipsi per duellum mortem conciliat avtochir dici possit, & qui sub nomine horum veniant, opere pretium erit disquirere.

§. XXXIII.

Avtochiriæ species distincte & non generatim asserere sufficiet proposito nostro, & dantur vulgò loqui quatuor, quas referemus: 1) qui animo præparato sibi manus infert, 2) quis aliquid facit, de quo perire oportere præscivit, si faciat 3) qui jussus est, se vita privare ab eo, qui in ipsum jus vitæ ac necis de jure habet, 4) quis in furore se neci dat. Aliis placet dictas quatuor species violentæ sui occisionis in classes duas dividere generales, nimirum in crassam seu directam *αυτοφονίαν*, vel subtilem seu indirectam *αυτοχερίαν*, cum quibus nostra specificatio non militat, sed magis cum eorum subdivisionibus in unum descendit rivulum; nec pugnabimus cum istis, qui ad proprie dictam avtochiriam in unaquaque

specie, scientiam & voluntatem homini sano propriam ab animæ commotione sanæ primam originem suscipientem, requirunt, sed eorum sententiis magis accedimus, & ponimus fundamentum beatitudinis internæ in tranquillam affectuum usurpationem, quæ non aliter quam ex actione externa, tanquam ex signo mentis per unionem corporis & ejus membra patefacta, colligi & judicari potest, quomodo se gesserit homo circa se ipsum, jure vitæ ac necis utens, aut abutens.

§. XXXIV.

Primam quod attinet speciem propticidii, quam recensuimus, non alios intelligi volumus præter hos casus, quando quis vel temeritate, vel irrationabili diffidentia vel vindictæ cupidine, vel pœnarum metu, vel falsæ gloriæ & fortitudinis persuasione ductus, sciens & volens, cumque ipsi mens sana in corpore sano fuerit, vitæ interitum sibi met ipsi paravit, quæ mortis ratio in suo genere partim Turcis etiam exosa est, & in totum à nobis abominatur, Principesque qui severis edictis eandem proscribere sustinuerunt, laudantur, & de ejusmodi casibus etiam confiscatio bonorum intelligi debet, quam *L. I. C. de bon. eorum, qui mort. sibi consciv. præcipit*, si cætera sunt paria, nempe quod propticida 1) de vita accusatus vel saltem apprehensus in delicto sit. 2) Quod tale sit delictum ab ipso perpetratum, quod publicatione bonorum meretur, & 3) quod metu pœnæ manus sibi intulerit. (r) Id quod autem cessat, quando hæredes innocentiam propticidæ probare conantur, quia ad hoc admittendi sunt, cessat etiam pœna confiscationis bonorum si avtochir
de

de crimine nondum accusatus est, (s) quod etiam procedit, quando ob leve furtum aliquis fur supplicium suum laqueo de se ipso sumsit. (t) Vel saltem in re criminali dubia incarceratus se ipsum è medio sustulit (u) hi omnes autem absque poena tamen haud positi sunt, sed ipsis ad minimum honesta denegatur sepultura. (x) & secundum Praxin Germanorum corpora eorum plerisque in locis per fenestras dejiciuntur, sive per carnificem è domo raptantur per plateas, & ad patibulum perducuntur, aut isto in loco sepeliuntur, aut in aquis emerguntur, aut è patibulo suspenduntur, (y) prout ratio circumstantiarum facti habetur.

(r) l. 3. pr. de bon. eorum, qui ante sent. Perez & Brun. ad C. d. t. (s) l. fin. §. fin. ff. d. t. Eck. d. t. Brunn. ad d. tit. n. 2. Coll. arg. b. t. n. 3. Perez ad. d. t. n. 2. (t) L. 1. §. 2. ff. d. t. ibique Eck. n. 2. Coll. arg. d. l. n. 4. (u) d. L. 3. §. 7. d. t. Auctores citat. d. l. (x) c. peccavit 23. quest. 5. Heig. 2. quest. 36. n. 31. (y) Heig. d. l. n. 64. Coll. arg. d. t. n. 5. Carpz. pr. Crim. quest. 2. n. 30. Perez. d. t. n. 5.

§. XXXV.

Ad secundam referimus speciem, qui aliquid facit, de quo perire oportere præscivit, si faciat, iste sibi nocet cum semiplena voluntate, quem nos extra omnem culpam habere nequimus, sed potius ad præcedentem classem numeramus; pertinet enim huc extrajudiciale duellum, ex levi offensa, nomine tuendi recuperandive honorem ac propulsandi ignominiaë, re autem vera, falsæ gloriaë, seu privataë vindictæ causa, susceptum; voluntas quæ hic intervallum patitur, remotu ab initio impossibilia, dein voluntas libera est, cum scit faciens, se velle aliquid, quod corpori suo & animæ nocere

cere

cere possit, eapropter à semetipso oritur voluntas nociva & ab alio nemine, quippe adversarius, qui commoditatem, gloriam, sanitatem & fortunas alterius vexat, non æque ejus animum & tranquillos affectus movere & involvere potest; sin autem propria ambitio, voluptatis cupido, avaritia & alii hujus furfuris affectus iram commovent, avtochir crassus non potest non existere in duello tali cæsus, cum sciens ea facit, quorum causa vitam perdere mavult, quam servare, hique mortui sive cæsi, cum suis adversariis vivis post fata sua tristissima è patibulo suspenduntur, aut aliis in §. præcedenti jam recensitis pœnis, pro variatione legum provinciarum, puniuntur, quod docent Mandata Regia in Francia, Polonia, Electoratu Saxonix, & Porussix regno contra duella sancita; nec excusat gula seu ebrietas. (z) sed magis cum illecebroso amore, & aliis affectibus immoderatis nimirum curis atque studiis, quæ vigiliis filum vitæ abrumpunt, pro subtilioribus avtochirix speciebus à nobis ad hunc §. pertinentes declarantur, etsi usus modernus partim de his repentiam non sancivit pœnam, nisi cum injuria alterius procedant.

(z) *vid. Kayserl. Resol. auf das Reichs Bedencken der Duellen halber de anno 1668. §. Drittens, soll nicht weniger allen Wirthen zc. Der Römisch. Kayserl. Maj. und des H. Reichs Reuter-Bestallung anno 1570. zu Spener errichtet §. 48. 49. 50. 51. 52. Desgleichen Fuß-Knecht-Bestallung d. a. §. 56. & 57. verb. prædicti §. 50. Item, es soll durch den Feld-Marschalck, Obristen und das Reuter-Recht, in allen Mißhandlungen, so voller Weiß durch Herrn, Junckern, Knecht, groß- oder klein Hansß geschehen und straffbar sind, die Trunckenheit zu keiner Entschuldigung oder Milderung der Straf angezogen oder angesehen, sondern vielmehr solche Verbrechung*

chung desto schärffer, schwerer, auch gedoppelt gerechtfertiget und gestrafft werden.

§. XXXVI.

De tertia specie notum est, quod nonnullis in regionibus, quæ despotice reguntur, mandato superiorum, inferiores propria manu mortem sibi inferre jubeantur, hocque mandatum incredibili obsequio à miseris exequitur (a) his adnumeramus istos, qui vel jussu, vel ex dispensatione speciali cum Principis sui adversario, vel etiam in causa propria ad rei alicujus eruendam veritatem campum ineunt, hi quia extra leges positi sunt, poenam mereri nequeunt, multo magis fata eorum sunt dolenda, cumque istis misericordiam merentur qui aliquo casu fortuito vitam finierunt, præter spem & fiduciam (b) cum tempore ultimi discriminis jus vitæ ac necis circa se ipsum in liberum commercium à fato inevitabili satis munitum, ponatur, per Principum placita solum.

(a) *Mos in Moscovia magna & apud Indos infimæ Asiae inveteratus & valde usitatus.* (b) *subit mentem historia aliqua, quam legi, nescio in quo libello, hujus tenoris: ein Zimmermann fällt von einem Hauf herab, welches er bauet, und erschlägt einen unten vorbeigehenden Mann, er selbst aber stehet von seinem Falle ohnbeschädiget wiederum auf; des erschlagenen Freunde erheben Klage, wider den also unglücklich und doch glücklich gefallenen Zimmermann, und verlangen, daß er als ein Todtschläger, zum Tode verurtheilet werden solle. Der Richter höret beyde Theile, und versendet die Acta zum Spruche Rechts, welcher dahin ausfället, daß Beklagter, sich an demjenigen Ort, wo der ohngefehr von ihm erschlagene gegangen wäre, hinstellen, und einer von des Erschlagenen Freunden als Klägern, auf das Hauf steigen,*

F

gen,

gen, und von demjenigen Orte, wo der Todtschläger herab auf den Erschlagenen gefallen sey, auch wiederum herab fallen und auf solche Weise den Todtschläger, wiederum todtschlagen solle, weiln sich aber keiner von denen Klägern dem *Judicato* eine Gnüge zu leisten, wagen wollen, wäre Beklagter absolviret worden.

§. XXXVII.

Quarta adhuc species superest, quæ furiosos, quique his æquiparantur, melancholicos, tangit, hi, quia mente sana & plerumque etiam organis sano sanguine impletis carent, extra omnem culpam avtochiriæ positi sunt, quippe actionem juri vitæ & necis circa se ipsum homini cogruam producere stupent, poena in Justiniano Corpore de his etiam haud sancita est, quia punire illos, quibus proprium ingenium satis poenæ est, esset nihil aliud, quam afflictis addere afflictionem, hinc apud illos cessat confiscatio bonorum (c) ut & poena deficientis sepulturæ & prohibiti luctus (d) & quidem in dubio semper præsumendum, quod propricidium factum sit ex furore vel impatientia doloris alicujus cum Melancholia conjuncta (e) nemo enim in propria viscera favire velle præsumitur, nisi ex melancholia eo ductus sit.

(c) *L. 3. §. 6. L. 1. C. de bon. eor. qui mort. Eck. d. 1. Coll. Arg. d. 1. n. 4. Perez. d. 1. n. 2. § 5.* (d) *d. l. 3. §. 6. ff. de bon. eorum qui ante sent. Const. Crim. art. 135.* (e) *d. l. 3. §. 7. § 8.*

§. XXXVIII.

Equidem proprie dictu cadaveri humano poena haud inferri potest, quia omnia delicta se morte finiunt, & cadaver humanum ex adflicta poena nullos amplius sentit dolores, cujus causa tamen principaliter poena corpori humano infligitur, ita etiam multo minus denega-

nega-

negatio sepulturæ honestæ & luctus pœna dici potest, quia non alio, quam cadaveri, quod neque honorem, neque turpitudinem exinde dolet, accidit (f) & si qua esset, non cadaveri, sed consanguineis infligeretur, quod tamen esset inhumanum, cum iste, qui nihil deliquit, pœnam luere deberet, (g) communiter enim prætenfa utilitas, quâ in detestationem facinorosorum opus est, male hic applicatur.

(f) L. 2. C. si reus vel accusat. mort. fuer. Vasq. Controv. III. 69. n. 7. Pereg. de J. Fisc. l. 4. tit. 5. n. 2. Obrecht. l. 2. c. 12. n. 11. Gail. de P. P. c. 20. Müller. ad Struv. Ex. 4. th. 73. (g) tit. C. ne Filius pro Patre. Der Vater soll nicht tragen die Missethat des Sohns, noch der Sohn die Missethat des Vaters. Jerem. c. XXXI. v. 29. & 30.

§. XXXIX.

In effigie æque ac in cadavere ad terrorem malis incutiendum analogice pœna infligitur delinquenti, quæ tamen proprie pro pœna haberi & dici nequit; pro instantia stat crimen læsæ Majestatis (h) cum ex speciali dispositione legislatoris, hujus criminis accusatio & condemnatio ad pœnam analogiæ sic dictam etiam post obitum & exequias fieri potest, non aliter ac si adhuc esset in vivis, quod etiam procedit in foro Saxo-nico, quando jus strictissime observatur circa mandatum contra duella (i) tali, & non alio modo, etiam concedimus pœnam infligendam esse brutis, circa crimen Sodomix. (k) Ut & statuis & domibus (l) ad detestandam eo melius facti memoriam (m) quod judicium intellectus vulgi circa actionem contra leges provinciales, facit passum conscientix, uti supra docuimus; pœ-

na enim ab alio nemine, quam ab homine sumi debet, qui animum delinquendi capacem habet, nemo autem proprie dicendo animum delinquendi habet capacem, præter istum, qui rationalis & vivus est, constat ergo bruta irrationabilia & creaturæ anima intelligente carentes, extra poenas positas esse.

(h) *L. quisquis C. ad L. Jul. Maj.* (i) §. 27. & §. 39. (k) *Constit. Crim. art. 116.* (l) *Vinn. de jurisdic. c. 1. n. 7.* (m) *Exod. XXI. 28. Lev. XX. 15. seqq. Versteus de mero & mixte imper. §. 17. Carpz. Prax. Crim. P. 3. qu. 101. n. 20. seqq.*

§. XL.

Licet defunctis parum aut nihil omnino profit, eos à nobis curari, siquidem inanimum nihil prorsus sentiunt, ideo tamen viventibus non idem erit circa defunctorum corpora pro lubitu versari. Nec enim Christianitati saltem, sed & humanitati adversatur, mortuos irreverenter habere, officium enim sepeliendi mortuos inquit Grotius (n) non tam homini, id est personæ defunctæ, quam humanitati, id est, naturæ humanæ præstatur, unde publica hæc humanitas dicta, per consequens nec delinquentibus in se ipsum, sine inhumanitate sepultura & luctus à consanguineis, deneganda venit: nec desunt exempla in sacris, quæ superque & plus ultra nostram probant sententiam. Sic quinque reges Amoritarum (o) Joab homicida (p) Saulus propriocida (q) ac Johannes, qui tamen sub specie criminis læsæ Majestatis capite truncatus erat, sepulti & lucti leguntur.

(n) *Lib. 2. c. 19. §. 2.* (o) *Jos. X. 26. 27.* (p) *1 Reg. II. 34.*
(q) *1 Sam. XXXI. 4. §. 12. & 13.*

§. XLI.

§. XLI.

Quosdam, qui malefici mortem obierant, prohibitum erat, apud Romanos lugere, adeo, ut necessarii & cognati à lugubri veste abstinere cogerentur. Primus hanc legem tulit Tiberius, qua interdicebatur, ne capite damnatos propinqui lugerent. Sed hæc legislatio adeo displicuit Romanis, ut Suetonius in vita Tiberii c. 61. eandem inter specimina crudelitatis Tiberianæ referat: sed postea consuetudine, si non abrogata, tamen restricta est hæc legislatio. Quum Ulpianus L. 6. ad edict. auctore Neratio, illos, qui non lugebantur, determinet distinctius, hostes puta, perduelliones, damnatos, suspendiosos, & qui manus sibi intulerunt. NB. non tædio vitæ, sed mala conscientia. vid. l. 11. ff. de his qui not. inf.

§. XLII.

De jure Canonico quid justum sit circa propricidas, habet Lancellottus Lib. 4. Tit. 10. verba: novissime sciendum est, pro his, qui quocunque prætextu voluntarie ferro, vel veneno, vel suspendio, vel quolibet modo, sibi mortem inferunt 1) nullam in oblatione faciendam esse commemorationem & 2) ecclesiastica eos debere carere sepultura, non aliter ac illos, qui pro suis sceleribus, impoenitentes moriuntur. Quod etiam hodierna praxi receptum est, excepto tamen ubi prævalent sacra Lutheri in locis, pro intermissa oblatione concio in adhortationem auditorum habetur; id quod tamen temere ad illos non extentendum, qui forsitan in extremis agerent, legitime decesserunt, nam his cœmeterium & alia ecclesiastica suffragia denegari non debent,

ex *Instit. Fur. Can. l. 2. de sepult. §. sed hæc de illis & seqq. c. fin. X. eod. can. 19. & 30. caus. 13. quest. 2.* supra allegata legislatio canonica admodum in Capitulari Francico *lib. 6. art. 70.* temperata & restricta est, quum ibidem decernatur: de eo, qui semet ipsum occidit, aut laqueo se suspendit, consideratum est, ut si quis compatiens velit ei eleemosynam dare, tribuat & orationes in Psalmodiis faciat: oblationibus tamen & missis ipsi careant; quia incomprehensibilia sunt judicia Dei, & profunditatem consilii ejus nemo potest investigare.

§. XLIII.

Jura Germanorum silent de pœnis propriidarum, imo potius in contrarium cavent, ne bona eorum fisco cedant; (r) sed quoniam Germanorum leges ex post facto romanizare inchoarunt, non mirum est, quod æque pœnam inhonestæ sepulturæ admiserint; sed interpretes *Carolus in Crim. Constit. art. 135.* optime explicuit sensum genuinum (s) apud Germanos olim mortui, sicuti apud Romanos & Græcos absque discrimine cremebantur, ut inter alia constat ex *l. 12. tab. Tacitus & Draco in tract. de orig. jur. patric. lib. 1. c. 8. n. 11.* hocque erat honestum apud istos.

(r) *Spec. Sax. l. 2. art. 31. verba:* Wer ihme selber den Tod anthut, sein nechster Erbe nimmt sein Guth. (s) Wenn jemand beklagt, und in Recht erfordert oder bracht wird, von Sachen wegen, so er der überwunden, sein Leib, oder Guth verwürcket hätte, und aus Furcht solcher verschuldeter Straf sich selbst ertödt, des Erben sollen in diesem Fall seines Guths nicht fähig oder empfängl. sondern solch Erb und Güter der Obrigkeit, der die peinlichen Straf, Buß und Fäll zustehen, heim.

heimgefallen seyn. Wo sich aber ein Person außershalb obgemeldter offenbaren Ursachen, auch in Fällen, da er sein Leib allein verwürcket, oder sonst aus Kranckheit des Leibes, Melancholen, Gebrechlichkeit ihrer Sinn, oder ander dergleichen Blödigkeiten sich selbst ertödtet, derselben Erben sollen deshalb an ihrer Erbschafft nicht verhindert werden: und dawider kein alter Gebrauch, Gewonheit oder Satzung statt haben, sondern hiermit *revociret, cassiret* und abgethan seyn: und in diesen und andern dergleichen Fällen, Unser Käyserl. geschriebenes Recht gehalten werden.

§. XLIV.

Tres adhuc supersunt iudicii divini, seu probationum genera, quæ affines monomachiae recte dici possunt, nimirum quod ferro ignito, quod aqua fervente, & quod aqua frigida perficitur. I) si in re dubia vel accusatus se purgare vel denunciatus probare tenebatur, apud Saxones, sacerdos ipsum ante adjurabat his verbis: sit tibi hic ignis in probationem hodie, si reus es, intentati criminis manus vel pes tuus comburatur, si vero insons, illæsus permanes; cui accusatus respondebat: amen; hoc facto, subibat ordalium, aut ferendo ferum candens manibus nudis, aut induendo chirothecas ignitas, aut circa pectus gerendo carbones candentes ad mensuram novem pedum, aut pedibus nudis per illos serpendo, quandoque in utrosque humeros ab aliquo simul pressus: cujus membra his peractis tentationibus inviolata extabant, absolvebatur ab omni ulteriori probatione, si autem apparebant vestigia cauteriorum, statim condemnabatur ad poenas delicto adæquatas. vid. *Job. Selden in anal. Anglo Britann. l. 2. c. 8.* Ungepauer

pauer ad X. de purgat. vulg. n. 2. C. Ziegler. ad Institut. Lancell. lib. 4. tit. 2. d. dupl. purg.

§. XLV.

Tertium genus ordalii, utrum delicti conscius aut accusatus alicujus criminis fuerit, perficiebatur per aquam ferventem, in quam brachium nudum usque ad cubitum inserere cogebatur, & extat apud *Joh. Aventinum Lib. 4.* formula hæc: Deus judex justus fortis & patiens, qui es auctor & amator justitiæ, qui judicas æquitatem, judica Domine, quod justum est, quia recta judicia sunt; qui respicis super terram & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens; qui per adventum Filii Tui Domini JESU CHRISTI mundum salvasti, & per ejus passionem genus humanum redemisti: Tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica, qui tres pueros, id est, *Sidrac, Misach, Abednego*, jussione Regis Babylonis missos in caminum ignis, servasti: Tu clementissime præsta, ut si quis innocens in hanc aquam ferventem manum mittat, sicut tres pueros supra dictos de camino ignis eripuisti, & *Sufannam* de falso crimine liberaisti, ita Domine manum illius salvam & illæsam producas. At, si quis culpabilis, vel in crassante Diabolo cor induratum, præsumserit manum mittere, tua justissima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore Tua virtute manifestetur & anima illius per poenitentiam salvetur. Quæ à prædictis tribus ordalii generibus traduntur in adplicandis iis, legimus in *l. 1. art. 39. Spec. Sax.* verba: Die ihr Recht mit Dieberey oder mit Raub verloren haben, ob man sie Dieberey oder Raubes anderweit beschuldiget, sie mögen,
mit

mit ihrem Uyd nicht unschuldig werden, sondern sie sollen haben dreyerley Wal, das heiße Eisen zu tragen vor ihr Unschuld, oder aber in einen wallenden Kessel zu greifen, bis an den Ellenbogen: oder mit Kämpfen sich zu erwerben.

§. XLVI.

Cum jam prædicta tria genera ordalii in desuetudinem abiissent, mansit tamen quartum genus, nimirum probatio per aquam frigidam in sagis: modus probandi talis erat: accusatus fune ligatus in aquam frigidam fluvii aut lacus alicujus dejiciebatur, si emergebat natando, crimine reus, sin autem submergebatur, innocens judicatus est, & statim vel absolutus, vel poenam passus est; quod probandi genus & nunc cum aliis innumeris speciebus revelationum olim usitatis, evanuit. *Petr. Heig. Part. 2. Quæst. 39.*

§. XLVII.

Acrius est multorum, quam unius, vel alterius cuiuspiam de quaque re iudicium, *Aristot. lib. 2. c. 7. § 11.* quapropter & ego à pluribus sapientibus usum & abusum ordalii jurium quæro; proque ingenii lusu hanc historiam addo, ex Melandri Jocorum atque seriorum Centuriis: Johannes Trittenhamius in Chronicis suis de Monasterio Hirsgaviensi tradit, circa annum Christi 1098. Imperante Henrico IV. quando ordo Cistertiensis ortus est, non procul Wormatia multis diebus & noctibus maximas copias equitres & pedestres apparuisse, tanquam ad bellum progressuras, & nunc huc nunc illuc per turmas discurrentes, circa nonam horam noctis ad vicinum montem, ex quo prodire con-

G

sue-

sueverant, revertisse: tandem nocte quadam Monachum quendam Limpurgensis cœnobii (non procul à monte distantis de quo exire solebant) assumtis secum quibusdam aliis, ad locum montis accessisse, munivisse se signaculo sanctæ crucis, atque exeuntes de monte qui essent, per virtutem sanctæ & individuæ Trinitatis, ut dicerent, fortiter adjuravisse. Cui unus ex turma responderit: nos sumus phantasma, nec milites viventes, sed animæ hominum in hoc mundo Principi terrenorum militantium, non ante multos annos in hoc loco interfectorum. Arma, habitus, & equi, quæ nobis, dum viveremus, instrumenta erant peccati, etiam nunc post mortem in nobis sunt quædam indicia tormenti; Omne, quod jam cernitis circa nos, totum ignitum est in nobis, quanquam vos ignem nostrum minime videatis. Cumque Monachus, utrum juvari ab hominibus possent, inquireret? Spiritus respondit: Jejunis, & orationibus, & maxime oblatione corporis & sanguinis Christi adjuvari possumus & rogamus. His dictis, omnis illa multitudo spirituum, quasi una voce clamabat trina vice: orate pro nobis. Mox omnes in ignem resoluti videbantur: sed & mons ipse, quasi arderet, ignem & maximum fragorem arborum & strepitum emisit. *Lavaterus de spectr. pag. 260.*

§. XLVIII.

Pendet jam jus vitæ ac necis circa se ipsum in nostris provinciis à cujuslibet libera voluntate, quæ secundum leges à Principe conditas moderanda est, itaque non opus est omnes ponere casus, nec possemus, si
etiam

etiam conaremur, cum multifarii secundum præsentium rerum & circumstantiarum faciem ex hypothesi & non ex thesi æstimari queunt; recte itaque cum adhuc in vivis sum, de alterius mente, facto & salute, qui inter mortuos jam est, sententiam aliquam ferre non audeo: solum de vivis certi esse possumus, quomodo quilibet utatur aut abutatur jure vitæ ac necis circa se ipsum, cum ex unaquaque actione humana eluceat, utrum ad conservandam aut destruendam vitam aliquid factum sit.

§ XLIX.

Omnia quæ fiunt, si fiunt ex tota cordis abyssu, ad Gloriam Dei & salutem proximi ab aliquo, is finem hominis ratiocinalis consequitur. Christianis proprium est mori pro fratribus, Christi, vitam à se ipso perdere & sibi ipsi recuperando sumere, de quo autem, quia nec Theologus sum, nec artem Scripturam Sacram interpretandi & explicandi profiteor, alium Exegeticum me docentem expecto, quem audiam, ego vero cum septimorum septimo numero Dissertationi meæ finem facio, & reliqua, reliquis numeris, si qui erunt, pensa, relinquo, ut sit qui est prior & posterior me,

A & Ω.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

12. Sep. 1996

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0396516